



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**


**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 1. Magna promittuntur sperantibus in Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

pluribus referre ut legentibus tam illustre in Deum fiduciae exemplum incitamento sit ad generose soli Deo fidendum abjecto timore cujuscunque creatae potentiae.



# TRACTATUS

DE

## FIDUCIA IN DEVM.

LIBER IV.

De mediis quibus conservetur Fiducia in Deum.

Prooemium.

§. I.

*Magna promittitur sperantibus in Deo.*

**S**anctissimus consiliorum ac sapientiae Dei interpret ac Propheta Regius mira & magna promittit ijs qui omnem spem suam atque fiduciam in Deo collocant. *Spera in eo, inquit, & ipse faciet.* psal. 36. Quasi dicat: pungunt te curarum spinæ, invidiæ multorum velut jacula te feriunt, molestiæ varix lancinant

nant cor tuum, morbi que te cruciant quies-  
 perti medici studium postulant? Quid ali-  
 de remedij quæris? Cur tanto tempore de-  
 feis præsentem plagis tuis medicinam adhi-  
 bere? numquid manus Domini sanare non  
 poterit? aut medelam afferre renuit? Ad hæc  
 plenus fide, firmus spe recurre, detege  
 vulnera tua, fide illi & dextera ejus faciet re-  
 tutem, non dubites neque differas ipse cur-  
 bit te. *Spera in eo & ipse faciet.* Inimici tui  
 festant te, petunt te armis, in jus vocant, pro-  
 dunt, detrahunt, calumniantur, falsa testimo-  
 nia dicunt? Cur non defendis te generosam  
 Deum fiducia, quæ non tantum opprimit  
 destruet hæc omnia, sed faciet etiam con-  
 tentatione proventum, faciet ut ad majorem  
 gloriam tuam ista cedant. Habe fiduciam in  
 eo ex toto corde, & nihil hæsites, nihil dubi-  
 tes, ipse protector est sperantium in te, victo-  
 riam de hostibus tuis ipse tribuet tibi. Noli  
 timere, sed fide. Forsitan nec modus nec ra-  
 tio suppetit conficiendi ex sententiâ nego-  
 tium aliquod, componendi litem exortem,  
 collocandi filiam tuam, dissolvendi res con-  
 tractum, servandi acquisita multo labore bo-  
 na, occurrentem solvendi difficultatem? *Spe-  
 ra in Deo & ipse faciet.* Ubi est spes, ubi est  
 fiducia in Deum? Audi monentem Prophetam

tam: spera in Deo, confide Deo, totum te illi trade, te tuaque omnia illi committe, ipse prosperum atque optatum præstabit rebus tuis successum.

## §. II.

*Exemplum huiusmodi promissionis.*

**L**Egi in vita R. P. Balthasar Alvarez, quod cum esset Rector inopis cujusdam collegij, habebat Ministrum admodum sollicitum atque anxium de quotidianâ rerum domesticarum administratione, accidit aliquando gravis necessitas, cui provideri citò oportebat. Venit itaque Minister ille ad P. Balthasarem inops consilij, plenus sollicitudine, eique magno mœrore exposuit rei statum. At Pater miratus ejus anxietatem, rogavit, num prius quàm ad se accessisset, Deum consulisset, eique commendasset negotium. Vides Pater, respondit Minister, quàm multæ res urgeant, ita ut vix mihi spatium relinquât precandi. Abi itaque subjecit P. Balthasar remittens eum, & exequere quod præstandum est prius, & postquam rem totam diligenter Deo per preces commédaveris, revertere ad me. An putas gregi huic deesse Pastorem? Qui nos tanto pretio redemit, non permittet nos perire. Scias negotia domus non pendere